

domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono in die Priscaë virginis, dominis Misnensibus canonicis presentibus, scilicet domino Johanne preposito maiore, domino Al. de Luppe, domino Herchenberto de Starch., domino Conrado cantore, domino H. de Zwem, domino . . de Lutchenberch et aliis quam pluribus fide dignis.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen; an drei von der Urkunde selbst zum Theil abgeschnittenen Pergamentstreifen hängen die Siegel des Decan Petrus, des Probsts Dietrich und des Domherrn Conrad.
Ungenau Köhler cod. dipl. Lus. I. Anh. S. 90—95.

No. 330. 1299. 18. Jan.

Probst Dietrich erneuert einige der in No. 323 festgestellten Bestimmungen und macht den jezeitigen Vicar deren genaue Beobachtung zur strengen Gewissenspflicht.

Ego Theodericus dei gratia prepositus Budesinensis notum fieri cupio omnibus per presentes, quod pro salute animae meae institui in ecclesia Misnensi cathedrali perpetuam vicariam et altare in honore sanctorum Laurentii et Nycolai, cuius collationem volo post mortem meam ad Misnense capitulum pertinere. Cui vicariae contuli et dedi villam Zalesen iuxta Strele cum omnibus proventibus nihil penitus excipiendo. Item in villa Chofbach iuxta Wilansdorf quinquaginta solidos et XXX^{ta} denarios Vribergensis monetae. Item in civitate Misna XX^{ti} et sex solidos minus tribus denariis et unum macellum, quod solvit annuatim quinque lapides sepi purificati ad illuminandum altare praedictorum sanctorum. De istis proventibus volo, ut vicarius dictae vicariae peragat anniversarium meum distribuendo canonicis presentibus in vigiliis et missa unum talentum cum decima hospitalis, vicariis et sociis XV solidos, custodi unum solidum, si ponet candelas super sepulcrum in vigiliis et missa. Item idem tenebitur singulis septimanis dicere tres missas, unam de domina nostra, aliam pro peccatis, tertiam pro defunctis, et procurabit aliam missam pro defunctis celebrari singulis septimanis, vel si vult poterit personaliter adimplere. Item in anniversario meo distribuet pauperibus panes sex solidorum. Insuper singulis septimanis per annum dabit pauperibus unum modium siliginis, prout in aliis meis scriptis et privilegiis melius est expressum. Haec omnia committo vicario, qui pro tempore fuerit, in animam suam et conscientiam adimplenda, ut in die iudicii ad salutem propriam omnipotenti deo possit reddere rationem. Datum anno domini M^o CC^o LXXXX^o nono in die beatae Priscaë virginis.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen mit dem jetzt zerbrochenen Siegel Dietrichs an einem Pergamentstreifen.
Köhler cod. dipl. Lus. I. Anh. S. 96.

No. 331. 1299. 14. Aug.

K. Wenzel von Böhmen eignet als Generalvicar im Meissner Lande der Domkirche Getreide- und Geldzinsen.

Wenceslaus dei gratia rex Boemiae, dux Cracoviae et Sandomeriae marchioque Moraviae ac sacri Romani imperii per terras Misnensem, Orientalem et Plisnensem